



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An generalis, & Definitores tenea[n]tur eligere digniores ad Prælaturas
Regulares? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regularium. Resol. V. &c. 5

re in qualibet electione eligere dignum, pratermissio digniori. Sed an hæc opinio sit probabilis, remitto me iudicio aliorum, nam est contra communem, ut notat Barbof. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 6. cap. 9. num. 4. qui citat 33. Doctores. Ad autoritatem veteris Concilii Trid. sess. 7. cap. 3. quam adducit Valerius, & Filiucius, respondeo, quod Concilium requirit, ut beneficia conferantur dignis, non ut collatio sit sine peccato, sed ut non sit irritanda in foro externo, ut patet ex verbis sequentibus, aliter facta collatio omnino irritetur. Et eodem modo intelligi possunt quidam Canonistæ, ut Petrus Tholosanus in partit. inr. can. lib. 1. tit. 29. cap. 1. num. 1. & alij, dum dicunt sufficere, ut eligatur idoneus; & sic ex Coaratu, respondent ad autoritatem Concilij, Lessius lib. 2. c. 3. dub. 1. n. 69. & alij. Nec facit pro Filiucio & Valero cap. cum nobis, de elect. & electus potest, quatenus habet litteraturam non eminentem, sed solum convenientem, sufficere; nam, ut olim respondebam cuidam viro docto, electus in illo Canone erat Subdiaconus Pontificis, & cum competenti litteratura habebat curialitatem antiquam; ideo ob experientiam bene regendi, quam acquisivisse præsumitur, diu vivens in Curia, poterat præferri digniori. Et ita explicat hunc Canonem Alexander Raudensis dec. 66. cap. 1. 7. & ita declarasse Leonem X. refert Aloys. Ricc. in suis collect. an. p. 4. collect. 93. 1. & alij.

neficiis curatis, seu Prælatoris Ecclesiæ secularis, non inde inferitur nasci eandem obligationem, si præceptum ad electiones regulares extensum non est, quia lex ob similitudinem rationis extendi non debet ad casum sub lege non comprehensum. Præterea, quia non est eadem ratio in Prælatura Religiosis, quæ facile amouetur, & temporaria est, quam in Prælatura Ecclesiæ perpetua, & difficulter amovibili. Adde in electione beneficiorum hoc præceptum haberi ex traditione, ut supponere videtur Trid. sess. 24. cap. 1. & 18. quod tamen non supponitur de Prælaturis Religiosorum. Hæc Castus Palaus. Sed hæc opinio mihi non placet, quia est contra communem, & ratione iustitiæ distributiæ tenentur Electores semper eligere digniores, & electio Prælatorum Regularium est res maximi momenti, & Superior Regularis eligitur ad Prælaturam, quæ habet curam animarum Religiosorum.

RESOL. VI.

*An mutus, surdus, & cæcus sint eligibiles ad Prælaturas?
Et difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in Visitatorem alicuius Religionis; & postea factus est cæcus, an possit, cæcitate non obstante, Visitationem cum Visitatore sano, & Socio continuare?* Ex p. 5. tract. 6. Resol. 20.

RESOL. V.

An Generales, & Diffinitores teneantur eligere digniores ad Prælaturas Regulares? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 1.

§. 1. **Q**uoad cæcum respondeo negativè, ex cap. *Quoad hoc lege doctrinam, §. 1. 2. & 3. K. F. seq. & in tom. 8. n. 9. Ref. 3.* hinc etenim, §. cæcus, dist. 49. & D. Thom. in 3. part. q. 82. art. 10. ad 3. Idem dicendum est de surdo, ex cap. *constitutionem, de verborum significat. in 6. & ideo de iure civili surdus non potest gerere publicum officium, testatur Campanili in diuer. iur. can. rubr. 1. c. 17. num. 37. & mutos etiam esse ineligibiles, ex supradictis tradit ex multis Doctoribus Peyrinus de Relig. Prælat. tom. 2. q. 2. c. 4. n. 18. 20. & 21. cui adde Iulium Laurium in var. elucubr. tit. 4. c. 16. n. 81. & Sigismundum à Bononia de elect. part. 2. c. 4. n. 89.*

§. 1. **A** Libi pro affirmativa sententia adduxi Narraram, Rebellium, Portel, Turrianum, & alios, quibus nunc addo Valquez in opus. de beneficio, cap. 2. §. 3. dub. 2. num. 72. Sotum de Iust. lib. 3. quest. 6. art. 2. Peyrinum tom. 1. de Religiofo subdito, quest. 1. cap. 3. §. 4. verb. ex quo sequitur, Sanchez, in opus. tom. 1. lib. 2. cap. 1. 1. dub. 2. n. 28 Salonium in 2. quest. 63. art. 2. contr. 7. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 8. diffie. 3. num. 6. vbi sic ait. [Los Prelados Ecclesiasticos tienen obligacion de elegir los mas dignos por los officios de gobierno, como es Provisor fiscal, &c. Mas para otros officios menores basta que sea digno, como haga lo que le manden, y sea prouido, y fiel. Y lo mismo hemos de dezir de los Religiosos, que se proueen en los officios de la Religion, como son Prouinciales, Dofinidor, Prior, Guardian, Lector, y otros semejantes tienen obligacion à mirar al bien comun, eligiendo al mas digno; y si no lo hazen, pecan mortalmente, y son acceptatores de personas. Otros officios ay ad nutum, que pueden quitaros, y ponerlos cada, y quando que quisieren, como de Vicario, y Superior; y estos antes son coadjutores de los Prelados, por officios, o beneficios espirituales; y assu pu de el Prelado escoger el que quisiere, como no sea hombre cansado, y penoso à la comunidad.] Ita ille.

2. Sed difficultas est, an si quis, v.g. eligatur in visitatorem alicuius Religionis, & postea factus est cæcus, an possit cæcitate non obstante Visitationem cum Visitatore sano & socio continuare? & videtur quòd sic, quia, ut infra probabitur, cæcus potest esse iudex. Sed contrariam sententiam, & merito, docet ex multis rationibus Megala *variarum resolutionum, tom. 2. resolut. 183. per totam; quia cæcus non potest esse testis in testamento, quia testatorem videre debet, ex cap. si non speciali, & si vnus, C. de testament. & ideo Sebastianus Medices tract. de fort. cas. questio. 6. numero 55. tenet non posse cæcum esse testem in actibus quæ visu percipiuntur. Sed Visitatores debent de supradictis actibus testimonium ferre Generali, & capitulo Generali, ergo, &c.*

RESOL. VII.

*An Regularis cæcus sit eligibilis, ut interueniat alicui Capitulo Generali?
Et an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum socio?
Et an supradictus Regularis cæcus possit eligi in Scribam, in Visitatorem, in Prælaturam, in Collegam?
Idem est dicendum de surdo respectu officij.
Et an saltem Religiosus cæcus possit eligi in Commissum?*

2. Sed his non obstantibus non desinam hîc adnotare contrariam sententiam docere Castum Palaum tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 11. §. 2. n. 14. Nam spectato iure communi, & seclusis specialibus Religionum constitutionibus, non apparet firmum argumentum huius obligationis. Nam esto eadem ratio procederet in Prælatura Religionis, ac in be-
Tom. VII.